



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rationis Latomianæ pro Incendiariis Louaniensis Scholæ
Sophistis redditæ, Lutheriana Confutatio**

Luther, Martin

Vuittembergæ, 1521

VD16 L 5765

Primvs Articvlvs A Latomo Petitus est iste.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36803

PRIMVS ARTICVLVS A LATOMO PE-
titus est iste.

Lutheri Assertio OMNE opus bonum est peccatum.

Primo infert incōuenientia, secūdo opponit cōtraria, ter-
tio dissoluit mea fundamenta. sic. n. ipse partiē, Ego re-
ducturus Sennacherib istum in terrā suam, a nouissimo
incipiam, mea primū defensusus.

Nobilissimū Isaiaē. lxxiiii. locū, vbi dicitur. Et facti su-
mus immundi omnes nos, & vniuersæ iustitiæ nostræ,
quasi pannus menstruatae. mihi ablaturus, sic tractat, vt
nec sibi nec mihi prodesse possit, cū incertū faciat, de qui-
bus sit intelligendus, recitans esse qui de Assyriaca, alios
qui de Babylonica, alios qui de Romana Iudæorū cap-
tiuitate intelligāt. Ipse tñ postremos cū Hieron. & Lyra
sequit, tandē quarto, si etiā fidelibus aptandus detur, ad
Synecdochen cōfugit, volens omnes iustitias esse id qd'
aliquas iustitias, tropo scripturæ frequenti. Ita dū nihil
certi affert, & Hierony. autoritas nō sit satis, quippe qui
soleat ferme aliorum sententias in cōmentariis recitare,
vt scribit ad August. in medio suspensa relinquitur sen-
tentia. Et hoc primo sit responsum omnibus quæ super
hanc sententiā ædificat, infert & firmat. Certis enī pug-
nandū est. Igitur sit ista autoritas Latomo incerta & in-
utilis contra me. Mihi conandum deinceps est, vt certa
& potens sit in eum, ac primo de captiuitate Iudæorum
& in persona captiuorum dici consentio & probo, non
de Assyriaca, quia per eam ciuitas Hierusalem non est

ADVERSUS LATOMVM.

vastata, nec tribus Iuda capta, quemadmodum hoc loco plorat propheta. Quod si ostendere potero, nec de Romana intelligendum, euici necessario de Babylonica intelligendum esse. Primo locum ipsum videamus.

Occurristi letanti & facienti iustitiam, in viis tuis recordabuntur tui. Ecce tu iratus es & peccauimus, in ipsis fuimus semper & saluabimur, Et facti sumus ut immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ, Et cecidimus quasi foliū, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos, Nō est qui inuocet nomen tuū, qui consurgat & teneat te, abscondisti faciē tuā a nobis & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. Et nunc domine, pater noster es tu, nos lutum & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Ne irascaris domine satis, & ne memineris vltra iniquitatis nostræ. Ecce, respice, populus tuus omnes nos, Ciuitas sancti tui facta est deserta. Sion deserta facta est, Hierusalem desolata est, Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionē ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Nunquid super his continebis te domine, tacebis & affliges nos vehementer?

Latomus quidem robustissimus saltator, fortiter transiit murum quæ suæ sententiæ occurrebat in verbo, Et saluabimur, quod de Iudeis istis reprobis intelligi nō potest, sed absque dubio in persona electorum dicitur & fidelium. Deinde illud, Occurristi letanti attingens, vbi dixisset, quæ est iste

qui facit iustitiã cui lætanti occurrit dominus, si hoc verbũ, vt vult M. de quocũq; fideli quocunq; tẽpore intelligit, mox obticuit, quasi calculũ momordisset, vt nescias quid quærat, metuens forte ne in scelix fieret interpret.

Latomus cũ suis dicit hæc dici in persona eorũ, qui ad Hierusalem & templũ spectent, quod optant reparari, q̄ sacrificare & laudare deũ, sicut patres sui possint. Hoc verũ affirmo, nõ quia illi dicũt qbus nihil credo, sed qa textus qui eos coegit & me cogit, alioqui cur tanta copia querelam auget, & ciuitatis vastitatẽ tanta diligẽtia corã deo exponeret, nisi hoc peteret, vt deus misertus eam repararet? vulnus detegit medico, vtiq; sanari petens. Deniq; vbi dixisset, Et omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. adiecit. Nunquid super his continebis te domine? Quid est nõ continebis? nisi ne sinas ita iacere. Si. n. nunquã repararet, vere cõtineret sese super iis semel vastatis. Est ne igit certũ ac clarissimũ, his verbis, pro reparanda Hierusalem & tẽplo orari & gemit; alioq non video cur sic allegaret, inculcaret & aggrauaret & exaggeraret. Sic oportet cum Sophistis pertinacibus etiã de per se notis dubitare, donec certa fiant.

Consequens est, talem peti istis gemitibus & verbis, quæ possit reparari. Spiritus. n. sanctus nõ est tam stultus, vt suggerat petere impossibilia manifesta. At iam definitũ erat, post Christum neq; in monte neq; in Hierusalem, sed in spiritu & veritate adorandũ esse deum, vt Christus Iohan. iiii. dicit, quod mysteriũ futurũ, & spi

ritus Isaiaë ita notū fecit, vt alius post Dauid nullus tam clare cognouerit & prædixerit. Simul Haggei secundo, Domus ista nouissima prædicta est. Et Daniel desolationem statutā vsq; in finem post Christū venturā præuidit, vt impossibile sit eam reparari, vt Iudæi expectant. Quare ista deploratio & imploratio non potest competere temporibus post Christum, sed Babylonicæ captiuitatis tantū, vbi & spes & desideriū & oratio pro reparanda ciuitate, recte spiritui tribuitur.

Hoc etiā obseruandū est, ne blasphemiam tribuamus spiritui sancto, quasi in persona impiorū & blasphemantiū aliquādo sit locutus. Diffinitū est psal. c. viii. Orationem Iudæorū Romanæ captiuitatis fore peccatum & abominabilem. Deinde Christus psal. xv. nomina eorū nō memoraturū sese dicit per labia sua. Quomodo ergo in psona blasphemantiū blasphemias eorū exponet coram deo spiritus Isaiaë, cū tanta humilitate, tam pia confessione, tam synæro corde & studio? Oportet enim et eius orationē esse peccatū & blasphemiam. Hoc bene habet scriptura, qd̄ spiritus de impiis & pro impiis oret p̄ sanctos, sed in persona eorū nunquā. Spiritus est corporis Christi & in sanctis adiuuat infirmitatē eorū, & gemit & postulat pro eis. Qualem esse hanc orationē Isaiaë quis non palpat etiam? Sic Christus fleuit super Hierusalem, sed nō in persona Hierusalem. Paulus etiam pro Iudæis, sed non in persona Iudæorum. At hic Isaías sese personā facit eorū cū quibus & pro quibus orat. Igitur

E

cum periculum sit asserere quod in scripturis exemplū non habet, id solum asserere oportet, quod illa habet cōfiteamur, quod spiritus corporis Christi, nuncq̄ in aliena, quæ est corporis diabolici, sed semper in sui corporis persona loquat̄, operetur, viuat & maneat. Non potest, laudans deū, personā gerere blasphemantis deum, cum is qui personā gerit & is cuius personā gerit, oporteat in verbo, sensu & voto saltē cōuenire, si nō possunt in viribus & operibus. At istis Iudæis & spiritui dei implacabilis dissensio est, qui tamen si per Isaiam in persona eorū locutus esset, vsq̄ hodie itidē & multo magis loqueretur, cum extent eius verba, & occasio præsentissima vehementissime vrgeat, nec possumus negare, quin spiritus verba sint, cū in sacro Canone sint. Quod si spiritus sunt, pia & fidelia & sancta sunt, quæ personæ Iudæorū (vt vides) minie omniū cōueniūt. Si recitaret tantū verba impiorū, posset eorū sentētia tolerari, sed orare & agere in p̄sona eorū, hoc ferri nō pōt. Recitat apd' Isaiā verba sup̄bæ Babylonis, & Assur & Sennacherib, recitat apud Ezech. verba draconis magni in flumīe & multorū aliorū, Sed p̄sonā nunquā gerit nisi piorū & suorū.

Ad hæc clare dicit in textu, Ecce respice, populus tuus oēs nos. An nescimus qd sit esse populū dei? Isti Iudæi iā populus nō sunt, sicut in Osea dicit. Voca nomē eius Nō populus meus, quia vos nō eritis populus meus, & ego nō ero vester deus. Et iterū, Et tu dñe, pater noster tu, nos lutū, tu fictor noster, & opus manū tuarū oēs

nos. Nunquid Iudæi iam filii sunt ac non potius inimici? Nunquid lutum fictoris, qui nolunt fingi, non. n. agnoscunt fictorem? Nunquid opus manuum eius, ac non potius iam opus Satanæ? Nec valet hic cauillu, quod patrem, fictorem, factorem generali nomine appellare dicunt. In spiritu loquitur, propheta & verba ex affectu spiritus procedunt, in quo non nisi filiorum deus pater est, qui fideles sunt, sicut & in oratione dominica, patrem in spiritu adoramus. Quare nomen patris extra spiritum, praesertim nouo testamento non audit, quod tamen maxime debuit, si ista in persona Iudaeorum dicerentur, cum iam (ut dixi) & occasio urgeat, & verba adhuc supersint.

His arbitror satis liquidum fieri, in persona infidelis populi haec dici non posse, quod & amplius liquebit ubi intellectum eorum viderimus.

Iam quod contendit, eiusmodi locutiones vniuersales in scripturis plerumque, particulari intelligentiam habere, ut est illud. Omnes quae sunt, cum Titus & multi alii non fuerint tales, ita hic, Omnes iustitias dici immundas, vult intelligi aliquas aliquorum. Aut Latomum hic malitia & inuidia excecat, aut insigniter stupidus est non modo, quod ineptis exemplis ludat, sed quod & temere figuram hanc torquet. Si sic licet pro mera libidine, nulla adducta ratione, figuris ludere, quod obstat, quod minus omnia induant novas intelligentias? dicam & ego. Quod psalmi. i. Omne quod faciet, prosperabit, possit sic intelligi, id est, aliquod prosperabit. Et. ii. Beati omnes qui confidunt in eo, id est, aliqui qui confidunt in eo. Psalmi. v. Perdes omnes qui loquuntur mendacium, id est, aliquos. Et quae rogo ludibria in

scripturis hinc ducentur? Non erat Latomi tanti Theologi officiū, asserere, quid possit sic dici, sed quid debeat sic dici. Nō quaeritur quid possit libido nugandi, sed qd debeat praestare religio interpretandi, praesertim cū tanta bucca sese iactarit, nō numeraturū sed ponderaturum testimonia scripturarū, & conuicturū male citantē Lutherum. Est hoc ponderare testimonia? est hoc cōvince re male citantem? dicere duntaxat. Ego possum sic & sic intelligere? Nōne hoc vitio reos hactenus egi Sophistas istos, quod possint omnia sic & sic intelligere, nunquā autē vt debent velint intelligere? Hoc non est confutare aduersariū, sed confundere diuinas scripturas.

Deinde qui huius figuræ tam viuaciter memor est, hoc loco quomodo tam crassum stertit in sequenti vbi dicitur, Non est qui inuocet nomen tuū, qui surgat & teneat te? Nō potuit & hic particularem facere, id est, aliq & multi nō inuocant nomen tuū? quo caueret, ne insulsiſsimū & ineptissimū excursus cogere facere, probaturus quā nunquā defuerint inuocantes nomen domini per omnia secula. An in negatiuis non habet ista figura locū? An nō Isaiæ. lvii. videbitur posita? Iustus perit & nō est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiae colligunt & non est qui intelligat? Num Isaias non intelligebat, qui hæc ipsa dicebat? An soli Latomo licet vbi vbi voluerit figurā facere, vbi non libet, nullam facere? scilicet sentiebat homo prudens, quod illud citra figuram dictū (omnes iustitiæ pollutæ) contra sese con-

eluderet, ideo fuit eludendū. rursum illud, Nō est qui inuocet sub figura dictū, nō concluderet contra Lutherū, ideo fuit ei detrahendū. Nec interim cogitabat vir tāus quā hac libidine & temeritate copiā versuræ aduersario faceret. Eadē em̄ autoritate permutabo & ego ista duo figurata, vt nunc simul, nunc alterutrū, sint figurata & nō figurata. Iste autē est modus tractandæ scripturæ:

Rursum, Egregius Theologus illud, Omnes iustitiæ nostræ pollutæ, quod fidelibus figuratū tribuerat, tandē sine figura tribuit Iudæis vltimo vastatis, de quibus hunc locū interpretant̄, vt habeant, quorū iustitias omnes citra figurā pollutas asseuerare possint. Ita Latomus sibi licentiā in diuinis literis arrogat libidinandi, etiam dum seria ducit, & pro fide cōtra pessimū hæreticū pugnat. Si essem hæreticus (quod auertat Christus) & has laruas in me cernerem instrui, sententiā meā firmarem, & omnia illorū suspecta haberem ex illa ipsa inconstantia & nugacitate. Neq̄. n. seria nec vera eos crederem tenere, quāto magis nūc ea etiā damno & detestor.

Age tamen, valeat ista Louaniensis & noua theologisandi ratio, & vno verbo omnia Latomi subito subuerto & mox vicero. Quoties. n. inductis autoritatibus cauillatur, opus bonū non esse peccatū, diuertam ad istud effugiū synecdoches & dicam, opus bonū intelligit̄ particulariter bonū, similiter & peccatū particulariter peccatū. Sic. n. ipse aliquas aliquorū iustitias non bene factas synecdo. hisat. Quid erit tum facilius mea victoria his

armis aduersarii ipsius parta? Ecce hoc est Louanialiter & Latomialiter sensum scripturæ e filo consequentia & circumstantia verborū ducere, quos tamen parricidium est truncos stipes appellare.

Faceſſat ergo iſta Louanitas & vera vanitas. Et Au-
guſtini ſentētia quæ ipſius veritatis & cōmunis omniū
ſenſus eſt, nobis hic ſupponat. Figura nihil pbat, quod
licet de ſacris rerū figuris dixerit nihil minus etiā grāma-
ticis verborū figuris aptari comode pōt. In nulla enim
ſcriptura nedū diuina, figuras captare licet, pro mera li-
bidine, ſed vitari debēt & ſimplici puræ, primarięq; ver-
borū ſignificationi nitendū eſt, donec ipſa circumſtātia
aut euidens abſurditas cogat figuram agnoſcere, alioqui
quæ erit Babylonia linguarū & verborū in mūdo? tum
præſtaret mutos eſſe quā eloquētes, exemplis craſſis mō-
ſtremus, quia increſſati ſunt nimium Magiſtri noſtri
Louanieñ. Quando poeta dicit, Nascetur pulchra troia-
nus origine Cæſar, ſi hic figurā captes, vt Cæſarem pro
Cæſaribus dictum velis, potes hoc pro libidine tua, ſed
nunquid grāmaticis perſuadebis? Rurſus illo, Tu po-
pulos regere imperio Romane memento, potes ſine fi-
gura vnicū ciuē Romanū iactare, ſed grāmatici quid di-
cent? Sic pſal. xv. Notas mihi feciſti vias vitæ, potes tuo
cerebro dicere, vias terrenas intelligi, quas corporalibus
pedibus calcamus, ſed errorē ſimul pro via ſequeris. Et
quid opus pluribus? plena fatemur omnia figuris, ſed in
quibus obſeruandis opus ſit iudicio, quod tamen nulla

certa regula formari satis potest, quãq̃ ego adhuc nullũ exemplũ huius figure reperi, in signis illis vniuersalibus vt Latomus hic fingit. Duo ista habemus, quæ nos dirigant, Absurditatem rerum & circumstantiã verborũ. Quod. n. gladius femoris psal. xliiii. & duo gladii discipulorũ Luce. xx. non ferrũ significant, circumstantia verborũ fortius probat quã absurditas, quanq̃ & hæc valet. Rursum q̃ relinquens vxorem centuplũ accipiat in hac vita, ipsa absurditas rerum, non de relinquendo & recipiendo corporaliter intelligi cogit.

Ita Latomo meo in præsentĩ nõ sufficit dicere, potest hoc figurate intelligi, omnes pro aliquibus, non patior figuram, quã diu non docuerit absurditatem, aut circumstantiæ necessitatem, sed vrgebo eum, vt simplici propria & primaria significatione, debeat intelligere, omnes iustitias nostras esse immundas, debet inquã hoc, quia nulla absurditas huic cõtraria in scripturis reperitur. Et sic stat autoritas ista adhuc inuicta, & ridet Latomianos conatus, & præproperam iactantiam, probatq̃, Quod omnis iusticia est immunda, omne opus bonũ peccatũ. Quãuis miror eum sui effugii hic oblitum, quo in omnibus aliis vtitur, poterat em̃ & hic dicere, immunditiã esse aliud nihil quã impfectionẽ, sicut in vocabulo viciũ & peccatũ facit, autoritate qua solẽt, rebus substantias & vocabulis significationes affingere, prout visum fuerit. Sed sperabat heros magnanimus aliquãdo e spectatiore victoria illustris fieri, quã p̃ effugia reliqua factus est.

Accedit ad hæc, ne figura ista locum hic habeat & alia ratio. Quod regulare sit in scripturis, vbi simpliciter & perfectis, vniuersalem absq; omni scrupulo exclusa Synecdoche seu particularitate (vt sic dicam) statuit, non contenta est, posuisse vniuersalem & affirmatiuã, adiicit & vniuersalem & negatiuam. Quale est illud Ro. iiii. ex xiii. p̄salmo. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, nō est intelligens nec requirens deum, nō est qui faciat bonū. Quo loco Paulus hanc regulã seruat & cōfirmat, concludens simpliciter omnes Iudæos & Græcos, hoc est, omnes filios hominū sub peccato. Nisi, n. hic exclusa esset synecdoche, tota Apostoli disputatio illic rueret, & nihil pro gratiæ necessitate, quã intendit, cōcluderet. Tale & illud eiusdē e psal. xxxi. Beati quorū remissæ sunt iniquitates, quorū tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputauit dominus peccatū, nec est in spiritu eius dolus. Ecce vt plena & rotunda remissio exprimeret, nō satis erat dixisse, esse remissa & tecta affirmatiue, sed & computari non esse in spiritu dolum addit. Hoc modo Tren. ii. Precipitauit dominus & nō pepercit omnia speciosa Iacob, vt nihil scilicet speciosum relictū ostendat. Et psal. xxvii. Destrues eos & nō ædificabis eos, ne partim eos destrui intelligas. Est quidē synecdoche dulcissima & necessaria figura & charitatis misericordiæq; dei symbolū, vt dū percutere aliquando dicitur aut vastare, nō penitus delere aut omnes percutere intelligat, totum enim tangit, quādo partē eius tangit.

ADVERSUS LATOMVM.

Ita & hoc loco Isaias, multas affirmatiuas & negatiuas eadem regula componit dicens, Et facti sumus immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatae vniuersae iustitiae nostrae. Et cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostrae quasi ventus abstulerunt nos. sequuntur negatiuae, Non est qui inuocet nomen tuum, nec qui surgat, nec qui teneat te. Scilicet, a deo sunt omnes iustitiae pollutae, vt prorsus nullius apud te valeat, qua tenearis in hac ira tua. Quare Latomi figmentum friuolum hic funditus euertitur.

Haec autem dico, non quod Latomo concesserim esse figuram Synecdochen, in locis ab ipso prolatis, sed quod figuram hanc in scripturis frequentem esse confitear. Et videat sophista, quae leuibus stipulis, quantam rupem oppugnet. Quod non vno modo suae eniae superari facile possint. Nam ego non memini vlllo scripturae loco, in vniuersalibus locutionibus synecdochen vidisse. Quae autem Latomus affert, ipse cogit synecdochen habere, cum nihil habeant minus. Denique ipsemet se ipsum confutat, dum dicit, verba huiusmodi debere contrahi ad suam materiam, vt illud Isaias, vt disperdat omnem terram, non vtiq; orbem terrarum, sed terram Babylonis. Ita in Euangelio Lucae. ii. describitur orbis vniuersus, non vtiq; totus orbis terrarum, sed orbis Romani imperii. Et tenebrae factae sunt super vniuersam terram, quod putant de sola Iudaeorum terra dici, cum earum tenebrarum Romani scriptores non meminerint, praeter fabulosum illum Dionysium in Heliopoli, cuius Epistola extat, nisi

mirū efficta meo iudicio. Insuper vniuersas iustitias im-
 mundas ad populū Romanæ captiuitatis trahit absq̃
 synecdoche. Sic locus iste, Omne caput merens &c. Du-
 plici causa nō habet synecdochen, Primo, quia vniuersa
 lis, deinde, qđ negatiua addit̃, Nō est in eo sanitas &c.
 Et vt Paulus Rom. ix. exponit ad Iudæos istos pertinet,
 post Christum relictos, In quibus vere omne caput me-
 rens & non est in eo sanitas, sed & Christi tempore iam
 tales erant. Loquitur. n. in eos, qui extra Christum tunc
 fuerunt & permanserūt. Ita illud Hier. Omnes student
 auaritiæ, a minimo vsq̃ ad maximum, certe ad corpus
 auaritiæ pertinet, exclusis piis. Sicut & illud Pauli. Om-
 nes quæ sua sunt quærunt, ad suā materiam & obiectū
 pertinet. Alioqui cū Paulus Ro. iii. Omnes homines sub
 peccato cōcludat. Et Ro. iii. omnes gloria dei vacuos esse
 dicit, seipsum quoq̃ Abrahā & oēs pios inuoluisset, sed
 loquebat̃ in eos qui sine fide vera agebāt. Itaq̃, vt dixi,
 ineptis exemplis ludit Latomus, mala cōscientia erroris
 vexatus, cupiens euadere & nō potens. Euidens. n. argu-
 mentū est, eum esse veritate inuicta conuictum, qui tot
 miser diuerticula & tam anxie quærit, O veritatis con-
 scientia non sic trepidat aut variat. Sero ista quæruntur
 remedia miseri sophistæ.

Hic autē est figura Synecdoche in Euangelio, Sic erit
 filius hominis tribus diebus & tribus noctibus in corde
 terræ. Et similiter latrones qui crucifixi erant cū eo blas-
 phemabant eum. Et euidentissime psal. lxxvii. Et tenta-

uerunt deum vt peterent escas animabus suis. hoc in vituperiū dicitur, quasi totius populi Israel. Contra psal. c.iiii. Petierunt & venit coturnix &c. hoc in laudem dicitur, sed vtruncq; per synecdochen, totū pro parte, præ cæteris autē in Prophetis late regnat ea figura. At hoc loco nō sic potest Isaiaē verbum ad alios contrahi, quia sese inuoluit, non ad alios loquitur, sicut fit in prædictis locis, sed prosopopeiam loquentiū de seipsis facit, dicens omnes nos. vniuersæ nostræ iustitiæ. Non dicit, illi, aut vos &c. Sed nunc superest, quomodo ista fidelibus tribui possint. Et credo nō esse necessariū probare eos fuisse fideles & pios, cum ad vocem Hieremię obedientes deo sese traderent in captiuitatem, alii sponte, alii tandē coacte. Nā Christi & Apostolorū caro adhuc in illis erat, ob quā solam, possumus eos dicere fuisse pios & fideles, quādo suæ carnis linea merito credat per totū genus humanū vsq; in virginem matrem, sanctū & electū semen fuisse. Dicam igitur prius summatim, postea textum.

Ego docui opera nostra bona esse talia, quæ iudiciū dei ferre non possint, iuxta illud Psal. c. i. Non intres in iudiciū cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Cum autē iudiciū eius sit verax & iustum, non damnat opera, quæ prorsus sunt inculpabilia, nulli enim facit iniuriam, sed sicut scriptum est, Reddit vnicuiq; secundū opera sua, ideo sequi bona nostra non esse bona, nisi regnante super nos misericordia eius quæ ignoscat, esse vero mala intentato super nos

iudicio eius quod reddit vnicuique. Hæc est via docendi timoris & spei in deũ. Hanc sapientiã pietatis calumniatores mei damnãt, & sua opera inflant, homines timore dei & spe spoliãnt, & superbos reddunt pestilentib. suis doctrinis, fingentes opus bonum, laude, premio, gloria dignũ, vt hic etiam Latomus latrat.

Eam sententiã & hoc Isaiæ loco firmaui, & recte, quãtũ adhuc intelligo, imo nunc firmius quã ante ludibriũ Latomi stat pro me. Vult. n. Isaias irascẽte deo & in captiuitate vastitatem trudente populũ, deũ iã nõ secundũ misericordiã sed secundũ iudiciũ imo iram cũ eis agere. in quo iudicio & si sint pii & iusti viri, quorum iustitia extra iudiciũ, munda esse poterat sub regno misericordiæ, nũc adeo nihil prodest illis, vt similes sint nouissimis & immundissimis peccatoribus. Non. n. agnoscit eos dñs in isto furore, sed simul tradit iustũ & impium. Nec finit se teneri, quo quid aliud facit, quã q̄ eos q̄ iusti sunt, sic habet & sic apparere facit, ac si iusti non essent. In quo tamẽ iudicio, quia iuste iudicat & vere, necessariũ est simul eos esse iustos & tamen immundos. Et ita ostendit quã nullus in sua iustitia sed sola misericordia eius niti debeat. Hoc sensu & Iob. ix. loquitũ. Vnũ locutus sum, Innocentẽ & impiũ ipse consumit. Neq̄. n. de ficto innocente loquitũ, & tamẽ consumit eũ nõ iniuste. Ita & Isaias, hic vere iustos & mundos intelligit. Nõ enim spiritus in spiritu piorũ de fictis, iustis, seu in ficto iustorũ persona loquitũ. Verissima est iustitia & tamen velut im-

munda, quod patit̄ omnia eorū quæ immūdi patiunt̄, nō innocenter apud iustum deum, licet innocenter corā hominibus & in conscientia nostra.

Hoc sensu & psal. xliii. vbi plurima mala perpeffi dicunt, Hæc omnia venerūt super nos & inique non egimus in testamento tuo, Nec recessit retro cor nostrū, nec declinauerunt semitæ nostræ a via tua. Hoc est, quod in Hieremia dicit. xlviii. Ecce quibus nō erat iudiciū vt biberent calicē, bibentes bibent, & tu innocens relinqueris. Non eris innocens, sed bibens bibes. Quomodo nō erat illis iudiciū, & tamē bibūt? scilicet in cōscientia sua & corā hominibus, sicut Iob fuit, quē itidem testat̄ dominus innocentē, cū ille c. ix. longe aliter dicat, alioqui deus iustus non afflixisset eos. Nā rursus Hiere. xxxi. dicit, Castigabo te in iudicio, vt nō videaris tibi innoxius. Omnes ergo corā eo peccamus si iudicet, & perimus si irascat̄, qui tamē si misericordia nos operiat, innocentes & pii sumus, tam coram eo quā omni creatura. Hoc est quod Isaias hic dicit.

Vbi sciendū, q̄ ille faciens iustitiā hoc loco non eum significat, qui agit iuste, qualis psal. xiiii. est, Qui operat̄ iustitiā. Quales iustitias hic omnes immūdas vocat, sed eum qui factor est iustitiæ, id est, autor, vt sit iustitia in diebus suis. Sicut Hiere. xxiii. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudiciū & iusticiam in terra. Et psal. c. xviii. Feci iudiciū & iusticiā. Prospera. n. sunt & leta tempora, quādo factores iustitiæ sunt, quos tamen simul esse ope

rarios iustitiæ necesse est. Et locus iste totus hoc plorat,
& si sint boni & iusti, in tēpore isto iræ, tamē iustitiam
erigere nō possunt, qua ira dei sedaret & teneret, sed ipsi
vna cū impiis cōsumunt, iustitia eorū nihili habita, quia
ira dei non sinit eos quicquā promouere, vt copiosiore
sermone sic eloqui hunc locū queas meo periculo.

Occurristi letanti &c. Quando leta sunt tempora &
prosperat iustitia, quod utiq; gratiæ tuæ regnum est, tu
quoq; propitius es, occurris & obuiis manibus eos susci-
pis, inuocāt nomē tuū & exaudis, surgūt & inueniūt te,
tenent te & parcis omnibus, vt tēpore Mosi in deserto.
Tūc est incedere in viis tuis, tunc est memorare, laudare,
gratias agere tibi pro beneficiis effusis. At nūc cū ira tua
sæuiat, & tristia sint tēpora, nihil nisi peccatores sumus,
nō occurris, non inueniris, non teneris. Et si sint boni &
iusti, nullus tamen eorum est, qui surgat & teneat te, aut
inuocet nomen tuū pro nobis, quia nec audet, nō hic est
laudare te pro beneficiis, sed plorare tantū in nostris ma-
lis. Et sicut tēpore florentis iustitiæ etiā peccata aliorum
facta sunt alba sicut nix, nec puniisti ea, quin p nō pecca-
tis reputasti, ita isto iræ & ruentis iustitiæ tēpore, etiam
iustitias nostras vniuersas pollutas ducis, punisq; simul
cū peccatis aliorū, & cū malo inuoluis, allidēs nos in ma-
nu iniquitatis nostræ, sinens nobis fieri, qđ peccata me-
ruerūt, vt quasi immundi simus oēs nos. Sic misericor-
dia ablata iniquitates nostræ sicut ventus auferunt nos,
nihil valentibus aduersus eū vniuersis iusticiis nostris.

A D V E R S V S L A T O M V M.

Stc & de principe irato dicit vulgus, Nemo audet ei de hac re dicere, nec pro ea intercedere, ne filii, ne vxor, ne amici quidem &c. Sic irā dei tam magnā querit, vt & vniuersas omniū piorū iustitias sic tractet quasi peccata & immunditiæ sint, nec audeant, nec possint eum inuocare aut flectere. Frigidissima autē est sententia de impiorum sacrilega iustitia, ad ardentissimam & vehementissimam hanc orationē cōparata, quæ si vnquā apte orari potuit, hodie orari potest, vbi multi pii, sed ita præualet Antichristus Papa, vt etiā non modo in mala penarū sed & in errores trahat electos, nec est hic qui surgat, teneat, inuocet nomen dei pro miseris nobis.

Hunc sensum pulchre quadrare sequentibus arbitror satis patere, & Latomus meis hoc deesse, q̄ spiritū sanctū credunt nō ex animo loqui, sed fictas quasdā iustitias allegare, Sed illas nō quereret immūdas fieri cū iā essent immūdæ. Hic iustitias synceras confitetur esse, & quæstio est eas pollutas & immundas fieri, dū nō contingit illis quod iusticiis synceris solet, sed cōtraria cōtingunt, quia nō surgunt & tenent iratum deum, in die furoris, apud quem nihil non possunt tempore fauoris, Iustum ergo simul & iniustum vastat furor & iudicii rigor, sola misericordia seruat quicunq; seruantur. Quare vides credo lector, hunc locum cum vniuersa consequentia, cum proprietate verborum, cum simplicitate & vnitāte sensus, sine varietate laciniosa Louanienfium Sophistarum pro me facere & stare inconcussū.

& scyllæ huius latratus irridere. Stat, inquã, opus bonũ natura sua esse immundũ, ablata nube gratiæ, quod sola misericordia ignoscente purum, laude & gloria dignum habetur.

Igit̃ locus nõ solum meã sententiã fulcit, sed etiã exemplũ eius doctrinæ simul exhibet. Sic. n. agit̃ cũ operibus bonis, extra ignoscentẽ misericordiam, vt hic audimus querulari Isaiã. Et tamẽ nisi vere impura & mala essent, iustus iudex nõ sic cũ eis ageret, in qua re cognoscimus, quã diues sit gratia dei super nos, quã indignos foueat, vt ex totis medullis grati simus, amemus & laudemus diuitias istas gloriæ, gratiæ dei. Hunc cultũ dei & veritatis notitiã perdere festinant isti Cõsequentiores & circũstantiores sophistæ, qui sese solos iactant scripturæ elucidatores, cũ aliud nõ faciãt, quã vt in multas lacinias lacerent, & ambiguas obscurasq; eas reddant. His simul responsum est, magnifico Latomi cauillo, quo Lutherũ vehementer absurdũ traducit, qui hunc locũ, non solis Iudæis, in quorũ persona dictũ confiteor, sed omniũ seculorũ sanctis cõuenire dixerim. Idem iste spiritus quẽ hic Isaias habet suo seculo, & sua tribulatione, fuit in Iob fuit in Abraham, in Adã, & est adhuc in omnibus mēbris totius corporis Christi, ab initio mundi in finem, in suo cuiusq; seculo & sua cuiusq; tribulatione. Nisi forte Paulus, ii. Corint. iiii. nõ debuit dicere, Et nos credidimus, propter quod & loquimur, quia nõ habuit eandẽ extasin, & eodẽ tempore cũ Dauid, Variant secula, res

ADVERSUS LATOMVM.

& corpora & tribulationes, sed idem spiritus, idem sensus, eadē esca, idem potus omnium per omnia manet. Aut si hoc nō placet, Consiliū esto Louaniēn̄ incendiariis, psalteriū Dauid incendere, & nouum, quod nostros triumphos de Reuchlino & Luthero celebret, condere, quā illud uetera cōmemorat Iudæorū facta, quæ nobis nouis nō cōueniunt. Cæci & talpæ, sic diuinas literas in faciē contemplantini, secundū opera, nō secundū spiritum iudicantes, sicut Iudæi in deserto stantes in ostio papilionis sui, adhuc nihil aliud videntes, quā dorsum Mosi ingredientis tabernaculum federis domini.

Prosequamur reliqua.

Cum ego dixissem ista nō posse intelligi de iustitia legali, quæ potius inflet, non autē humiliter gemit, sicut iste locus gemit. Dicit Lato, me falsum supponere, quia totus textus sit superborū Iudæorū, petentiū liberationem temporalē. Et hanc falsitatē probat insigni autoritate, quæ est opinio Latomi credentis hunc locū de Iudæis istis intelligi. Sic audent isti homines sup sese ædificare & omnia damnare. Quare spiritus sanctus in persona superborū aliquando superbiet, & corā deo fastuose loquet̄. Denicq; audet Latomus eadē temeritate addere p̄cedens caput de eisdē intelligi, supbis superbe dicētibus. Quare errare nos fecisti de viis tuis: facti sumus quasi in principio cū nō dominareris nostri, cum Isaias eodem contextu in eodem spiritu loquatur.

Utra, cum iustitiā legalem negassem malam esse, &

G

vsum dānāsem, q̄ reprehendit, ostendit Latomus iterū
 quā doctus sit in sacris literis, & inducit illud, ii. Cor. iii.
 Nam nec glorificatū est qd̄ claruit in hac parte propter
 excellentem gloriam. Deinde credit me nō vidisse illud
 Ezech xix. Dedi eis praecepta nō bona. Si verbis praesen-
 tibus sic mecū ageret, crederem eum iocari si bonus esset,
 aut irridere si malus esset. Sed p̄pter alios dicemus pauca.
 Persuasum est multis eo loci Paulū agere de ceremo-
 niali iustitia, quae euacuata est, cū prorsus de tota lege lo-
 quatur, & comparet inuicem legem & gratiā, nō legem
 & legem. Error venit inde, quod Euangeliū doctrinam
 legum arbitrentur. Breuiter, Duo sunt ministeria praed-
 icationis, alterū literae, alterū spiritus, Litera est legis,
 spiritus est gratiae, illa ad vetus, iste ad nouum pertinet.
 Legis claritas est cognitio peccati, spiritus claritas est re-
 uelatio seu cognitio gratiae quae est fides. Igitur lex non
 iustificabat, quin cū esset intolerabilis infirmitati huma-
 nae, velata est vsq; ad praesentē cū eo gratia in mōte Tha-
 bor. Nemo enim vim legis sustinet, sine gratia seruante,
 ideo Moses velare coactus est faciē suā. Hinc Iudaei vsq;
 hodie nō intelligunt legem, quia suā iustitiam quærunt
 statuere, & nolunt eam fieri peccatum, vt iustitiae dei su-
 biicerentur. Hoc enim legis claritas facit, vt omnes rei-
 fiant, sicut Ro. iii. dicit, Conclusit omnes sub peccatum.
 Ita lex est virtus peccati, operatur iram & occidit, Spiri-
 tus autem viuificat. Quod ergo Ezechiel dicit, Dedi eis
 praecepta non bona, & iudicia in quibus nō viuent, ad

vniuersam legem pertinet, nō ad ceremonias tantū, sicut & hoc Pauli, Non est glorificatum quod claruit in hac parte, ad eandem vniuersam legem pertinet. Vniuersa em̄ lex sancta, iusta & bona fuit, vt Paulus dicit Ro. vii. sed nobis illud quod bonū est, nō estro vitio, non potest bonū esse nec viuificat nos sed occidit. Nam & ipse deus summū bonum, non est bonum impiis, sed summus pauor & tribulatio, sicut dicit Osee. v. Ego quasi tineam Ephraim, & quasi putredo domui Iuda. Et ego quasi lena Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iuda.

Error ergo est Magistrorū nostrorum prorsus nihil in scripturis scientiū, nec quid lex, nec quid gratia, nec quid ceremoniale, nec quid legale vnquā intelligētiū, ideo sic cōfundunt, & alterū pro altero sequunt. Dico ergo, sicut lex decalogi est bona si seruet (id est, si habeas fidē, quæ est plenitudo legis & iustitia) cōtra mors & ira, & non bona tibi, si nō serues, id est, si non habeas fidem, quantumlibet eius opera facias. Nā iustitia legis etiam decalogi, immunda & abolita est per Christū, imo magis quam ceremonialis. Nam ipsa proprie est velamen vultus Mosi, quod fidei gloria tollit. Ita ceremonialis, quæcunq; bona est, si eam serues, non autem operibus sed fide eam seruas, id est, si sic opereris eam, vt non in illis sed in fide scias esse iusticiam. Cōtra nō bona, mors, ira est, si extra fidem serues id quod est, ac si non serues. Claret ergo, literam occidentem esse vniuersam legem, Spiritum viuificantem autem gratiam in fide Christi.

Cū ergo illis legem literæ dederit, nō legē fidei, per Mo-
sen recte dicit, se se non bona nec viuificantia iudicia de-
disse, quia nō poterant bonos & viuos facere. Gratia au-
tē lex vitæ est faciens & bonos & viuos & iustos. Et sic
Paulus vult, Noui testamenti ministros esse ministros
gratiæ, nō ministros legis, quia officium eorū sit nō Mo-
si. Hoc. n. iam missum erat, sed Christi, id est, gratiæ cla-
ritatē prædicare. Et velim doceri a Magistris nostris vn-
de sciant, quod Ezech. & Paulus. ii. Corint. iii. de ceremo-
niali loquantur? Nōne solum caput suū aut hominis testi-
monium allegabunt? Sic. n. irruūt porci isti immūdi, &
dicta scripturarū sine iuditio arripiunt, quiduis in eis
intelligētes, & tamē audentes pugnare pro fide, antequā
arma sua considerent, an sint picta vel vera.

Vbi vero ita tractassē illud Isaia, Omnes iustitiæ nostræ,
& omnes immundi nos, vt vrgerem vniuersalem, quia
dicit, Omnes & nos, vniuersæ & nostræ, acutissimus
dialecticus argumentū inuertit dicens. Imo sic argumen-
tare, Nō dicit omnes, sed omnes nos, Nec vniuersæ iusti-
tiæ, sed iustitiæ nostræ, volēs ludgis impiis ea cōuenire,
nō fidelibus aut omnibus. Quod iā satis est confutatū,
vt quod nitat in vaga Latomi opinione, ego autē pro-
barim, id fidelibus ipsiq; optimis maxime conuenire.
Sed & aliā habet tā diues theologus euasionē. Esto (in-
quit) simpliciter dixisset, Omnes iustitiæ, & omnes im-
mundi, adhuc cōtrahendū est ad partē aliquorū, iterum
suā vel hyperbolen vel synecdochen hic inuocans patro

nam. Quod si dixeris ei, vnde probas figurā hic esse, & contrahendū esse? respondet. Quia in aliis locis scripturæ sic inueniūt (vt supra patuit) vt ibi, Omne caput me-rens &c. Vbi iterū vides Latomo magistro, liberū esse cuius figurare & ludere in scripturis, pro sua voluntate. Et hoc vocat Louanii Magistraliter ponderare testimonia scripturarū, solide docere, & foeliciter vincere hæreticos. Nā hoc magisterio ego facile defendam istā Isaiæ auctoritatē, solū vnū Iudæum impiū significare, & prohibebo Latomū quoq; ne illorū iustitias ex isto loco immundas facere possit, & locū hunc eis aptare, in hūc modū. Si dixerit, Omnes vestræ iustitiæ sunt pollutæ, respondebo, hoc cōtrahendū est sicut illud, Omne caput me-rens, ad aliquos, propter figurā. At accipiamus illos aliquos & sint duo, dicamusq; eis, Omnes iustitiæ vestræ pollutæ. Dicent, Nō, Est figura locutionis, vbi totū pro parte sumit. Videmur ne tibi lector pulchre theologisati? Nā cum Latomo satis sit a simili in scripturis pugnare, credo, quia semel legerit virginē peperisse, facturus sit virgines matres quoties volet, cōtentus, q̄a hoc in aliquo loco sic contigisse ostendere possit.

Vide itaq; studia & mores sophistarū, quibus aliud nō faciunt, q̄ vt varia & incōstantia sint omnia. Suum illud decretellū, Anathema sit qui dixerit, mandata dei esse impossibilia, tanto rigore, tanta pertinacia, vt verba sonant, statuūt, vt prorsus syllabā piæ glosæ nō admittāt, totū mundū hereticātes si qd cōtra mutiat. Cur hoc?

quia suū est, ex homine sumptū mereq; humanū verbū,
 At vbi scripturis dei in eos vsus fueris, tū infinitis criso-
 phegetis abundant, tum nihil est qd' cogitare possint,
 quin idē sit mox articulus fidei, nec tamē cogitant aliqd'
 simplex cōstans & vnū. Credo si hodie Christus de celo
 sonaret, Lutheri sentētia vera est, inuenturos eos aliquā
 distinctionē veri, ne in viā redire cogent. Sed tu lector
 istos vagos oculos pro testimonio habeas, adulteræ mu-
 lieris, nec esse apud Magistros nostros studiū simplicis
 veritatis, sed variæ & inconstantis elusionis. Si mihi sic
 laborandū esset opinionibus, similitudinibus, varieta-
 tibus nollem Christianus esse. Quomodo. n. veritatē so-
 lidā in his pcellis & fluctibus inuenire sperarem? Quid
 ergo reliquū est? Nempe, quia figurā hic esse nō potest
 probare Latomus, cogēt autoritatē citra figurā simplici
 & propria significatiōe admittere, omēsque omniū iusti-
 tias esse pollutas, & omēs homines esse immundos citra
 dei misericordiā. ALIVM locum Eccle. vii.

NON EST HOMO IVSTVS IN TERRA
 qui beneficiat & non peccet.

Latomus inuadit etiā minatus mihi in fine, vt desinā
 ponere maculam in gloriā sanctorum, quod gloria san-
 ctorū apud eum sit opus eorū sine peccato. Quomodo
 psal. iiii. dicunt, Tu es gloria mea, id est, tu es opus meū
 bonū sine peccato. Et. lxxxviii. Quoniā gloria virtutis
 eorū tu es, id est, tu es opus eorū bonū sine peccato, scili-
 cet vt nobis ipsis deos faciamus, sicut illi dixerunt Exo.